XI

En la ciudad de [illegible] en diez y seis dias del mes de agosto de mil e quinientos y noventa y ocho años se juntaron en su ayuntamiento ordinario [illegible] vista [illegible] los [illegible]

Don Francisco de Carvajal corregidor e justicia mayor desta ciudad [illegible]

Gonzalo Lopez de Ayala alguacil mayor
don [illegible] Lopez de [illegible] don Luis [illegible] don [illegible] Lopez de [illegible] don Lorenzo de Mazuelas [illegible] Davila
don Luis de Ayala Alonso Vaca de Herrera
don Bernardo [illegible] Francisco [illegible] de Herrera
[illegible] de Rojas, regidores

Jurados: Los [illegible] Alonso de Cisneros Francisco de Torres [illegible] Hernando [illegible] de Cisneros [illegible] Francisco de Herrera [illegible] Lope de Herrera [illegible] Alonso de Herrera Francisco de [illegible]

Leyose el repartimiento [illegible] para ver

Poder

X. In nomine Domini Amen. per hoc presens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum quod anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo Quingentesimo nonagesimo octavo Indictione undecima die vero decima sexta Mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi In Christo patris et domini nostri Clementis divina

Prouidentia Papae octaui Anno septimo, Jn mei
Notarij Testiumque infrascriptorum praesentia
personaliter Constitutus Reuerendissimus in Chris
to Pater et dominus D. Garsia de Loaysa
Archiepiscopus Toletan Hispaniarum Primas
Castellaeque maior Cancellarius dixit et exposuit
quod cum nuper idem sanctissimus dominus noster
per suas litteras Apostolicas expeditas Ferrariae
sub annulo Piscatoris, die decima septima men
sis Julij Millesimo Quingentesimo nonagesimo octa
ui, Pontificatus praefati sanctissimi domini nri
anno septimo, ad praesentationem serenissimi do
mini Philippi Hispaniarum Regis Catholici ec
clesiae Toletan Patroni, in praesulem pariter et
Pastorem praefatae ecclesiae Toletan tunc vacan
per renuntiationem serenissimi domini Alberti
quondam sanctae Romanae ecclesiae Cardinalis et
praefatae ecclesiae Toletan electi Archiepiscopi
et eius Vltimi possessoris praedictum Rmum domi
num Constituen praefecerit, et de praefata ecclesia
eidem prouiderit, ac ipsum illi in Archiepiscopum
et Pastorem praefectum esse decreuerit eidem
eius Curam et administrationem in spiritualibus
et Temporalibus plenarie commiserit, ita quod
pacificam possessionem Vel quasi regiminis et ad
ministrationis praefatae ecclesiae Toletan ac
illius bonorum seu eorum maioris partis, assecutus
foret, ac alias prout in litteris eiusdem serenissi
mi domini nri Papae in dicto anno die Mense
et Pontificatu super inde confectis, ac in parte

iam execut. demandatis plenius continet, quibusq
ad ulteriorem executionem articulens cum per se ip
sum idem Reverendissimus dominus Constituens
Justis, et legitimis Causis, in presentiarum praepeditus
ad Urbem Toletan. personaliter accedere, suaeque
ecclesiae Toletan. Juriumq et pertinentium aliorum, rea
lem at actualem possessionem apraehendere non pos
sit de persona Doctoris D. Petri Caruaxal decani, et
Canonici praefatae ecclesiae Toletan. deejusq pruden
tia, et circunspectione, alijsq praeclaris virtutum
meritis, plurimam in domino fiduciam obtinens
idem Reverendissimus D. constituens, principalis
principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunq
Procuratorum suorum per Reverendissimam do
minationem suam hactenus quomodolibet Constitu
torum revocationem, omnibus melioribus modo via
Jure, Causa, et forma quibus melius et efficatius de
Jure potuit et debuit, fecit constituit, creavit, et solem
niter ordinavit, prout facit constituit creat, et solem
niter ordinat in suum certum, verum legitimum et
indubitatum Procuratorem actorem factorem, ac ne
gotiorum infrascriptorum gestorum, ac Nuntium spalem
et generalem ita tamen quod specialitas gene
ralitati non deroget, nec contra videlicet praefactum
D. doctorem Petrum de Caruaxal, absentem, tan
quam praesentem et aceptantem, solum, et insoli
dum ad presentandum, intimandum, insinuandum
et notificandum pro ipso Reverendissimo Domino
Constituente, et ejus nomine, litteras provisionis et
alias quascunq, per eundem Santissimum Dominum
N. Papam super dicta ecclesia Toletan con
cessas, decano et eius vias gerenti, Canonicis et cap.

ejusdem ecclesiæ Toletan, ac illi vel illis, et alijs
seu alijs cui vel quibus dirigantur, ac alias ubi
quando et quoties expediens visum fuerit, ipsasque
litteras Aplicas exequendum et executioni deman
dandum, et demandari faciendum, decanumque vel
ejus locum tenentem Canonicos et Capitulum dictæ
ecclesiæ Toletan. et quoscumque alios de quibus ex
pediens videbitur, ut ipsis litteris Aplicis pareant
et obediant, et intendant, ipsumque Reverendissimum
Dominum constituent ipsiusque Procuratorem ejus no
mine ad ecclesiam sive Archiepiscopatum Toletan
necnon illius Regimen et administrationem in spi
ritualibus et temporalibus, omniumque fructuum reddi
tuum et proventuum Jurium et obventionum, ejusdem per
ceptionem, et pacificam possessionem recipiant, et ad
mittant, ac de universis et singulis fructibus red
ditibus, proventibus, Juribus, et obventionibus hujusmo
di, prout ad ipsos spectat et pertinet, eidem Reveren
dissimo domino Constituenti, sive ejus procuratori vel
ad id ab eodem mandatum habenti seu procuratori
bus aut mandatum habentibus respondeant et admitti
recipi, et responderi faciant et permittant, realiter
et cum effectu Reverendissimoque Domino Constituenti
tanquam Patri et Pastori Animarum suarum obe
dientiam et reverentiam, debitas et debitas exhi
beant, ejusque salubria monita et mandata suscipiant
humiliter, et efficaciter adimpleant sub censuris et
penis in eisdem litteris contentis, monendum et requi
rendum, monerique et requiri faciendum, et procuran
dum et obtinendum Possessionem que Corporalem realem

et actualem ecclesiae et Archiepiscopatus Smae Toletan
ac eorum Regiminis et administrationis In spiritualibus
et Temporalibus, necnon sedis Archiepiscopalis in Cho
ro et loco, ac Capitulo praefatae ecclesiae in ea q dicti Rmi
Domini Constituentis nomine, et pro eo, sese instalandum
Necnon Audientiae ecclesiae seu fori Archiepiscopalis
et Metropolitani, domuumq seu Palatij et palatiorum
adiumq Archiepiscopalium aliorumq locorum dominij seu do
minorum. et Vasalorum, et aliorum solitorum et Consuetorum fructu
um, redituum, et proventuum Iuriumq et onorum praedictorum
ac alias prout fieri, consueverit, ac moris, seu Juris
est, capiendum, intrandum, et apprehendendum, captamq
et apprehensam possessionem huiusmodi vel quasi manute
nendum, defendendum, et continuandum homagia et alia
quaecumq fidelitatis Juramenta a Vasallis et Castella
nis Villarum Castrorum et fortaliciorum quorumq ad dictam
ecclesiam Toletan spectantium et pertinentium a subdi
tis Vicarijs et officialibus, et alijs quibuscumq personis
eiusdem Reverendissimi domini, Constituentis nomine
et pro eo recipiendum. Et ne interim quod Rmus Consti
tuens In spiritualibus et Temporalibus officiales Vica
rios caeterosq In administranda Justitia, seu ad alia mi
nisteria ministros ac servitores, et alios officiarios neces
sarios ecclesiasticos et seculares quibuscumq nominibus cen
seantur per suas litteras, seu decreta deputet / subditi in
auditione Causarum et redditione Justitiae, alijsq necessarijs
ministerijs, seu ecclesiae In divino Cultu aliquod recipiant
detrimentum, ac etiam Cesionem Tam Officiales seu Vi
carios quam alios quoscumq ministros servitores et alios
officiarios supradictos hactenus a praefato Serenissimo Dno
Alberto praedecessore, praedicti Rmi domini Consti
tuentis deputatos, ad ipsiusq Rmi domini Constituen
tis nutum confirmandum, eosq seu eorum loco alios quos
et prout viderit expedire, ut sua Rmae dominationis no
mine, et vice donec et quousq ei placuerit ministrent
et serviant deputandum, ac alia praesta ipsius Rmi Dni

constituentis decretum super inde latum, nec non Juran
dum, et quecunq licita Juramenta in et pro assecutio
ne dicti Archiepiscopatus Toletan, ac bonorum Juriumq
et pertinentiarum, ac Regiminis et administrationes su
pradictorum quomodolibet necessaria solita et consueta In
Animam ipsius Rmi Dni Constituentis, prestandum
et subeundum: et premissis et circa ea litteras seu ins
trumenta publica dandum et concedendum. Et gene
raliter omnia alia et singula faciendum, dicendum
gerendum et exercendum et procurandum, quæ in pre
missis et circa ea necessaria fuerint, et quomodolibet opportu
na, et quæ ipsamet Rmus Dominus Constituens faceret, et
facere posset si premissis omnibus et singulis presens et
personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ man
datum exigerent magis speciale, promitens insuper idem
Rmus Dominus Constituens manum suam dexteram ad pec
tus more prelatorum apponendo, mihi Notario infrascripto
presente et stipulanti ac recipiente, vice et nomine om
nium et singulorum quorum interest, intererit aut interesse
poterit quomodolibet in futurum, ratum, gratum, ac
firmum perpetuo habiturum quidquid per dictum procu
ratorem suum in premissis, et circa ea actum, dictum ges
tum, factum, seu aliàs quomodolibet procuratum fuerit sub
hipoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum suo
rum mobilium et inmobilium, presentium et futurorum, ac
qualibet alia Juris et facti renuntiatione, ac de necces
saria pariter et cautela, super quibus omnibus et sin
gulis premissis, idem Rmus Dominus Constituens sibi à me
Notario Aplico infrascripto unum vel plura publi
cum seu publica fieri petijt, ac confici Instrumentum
seu Instrumenta, acta fuerint hæc in Regali Monas
terio Sancti Laurentij nullius Diocesis. sub anno, die men
se et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Docto
ri. Don Didaco de Carbajal Camerario primario ~~prima~~
Licentiato Gaspari de Torres et Franco Gonçalez Testibus

ad premissa vocatis, et prefatæ D. Constituentis familia ribus qui in fidem premissorum etiam se subscripsit videlicet. G. Tolet. Et Ego Joannes Carrillo Clericus Toletan. Dioc. publicus Apostolica authoritate Notarius, et in Archivio Romana Curiæ descriptus ac prefati Rmi domini Archiepiscopi secretarius quia premissis omnibus vna cum prenominatis Testibus interfui, Ideo hoc presens mandati Instrumentum subscripsi et signavi meis signo et nomine solit. et consuet.

Dilecto filio Gartiæ Loaisa Giron electo Toletan.

Clemens Papa VIII.

Bulleto

Dilecte fili salutem et Aplicam benedictionem. Cum nos nuper de persona tua Nobis et Venerabilibus fratribus nris S. R. E. Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, ecclesia Toletana, qua de Jure Patronatus Carissimi in Xpo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici ex privilegio, seu indulto Apostolico fore dignoscitur, certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutæ, de ipsorum fratrum consilio, Apostolica auctoritate ad eiusdem Regis præsentationem providerimus, præficiendo te illi in Archiepiscopum et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiæ Toletanæ tibi In spiritualibus, et Temporalibus plenarie committendo, prout in litteris Apostolicis desuper sub plumbo propediem expedien. Latius explicabitur. Nos te interim ecclesia ipsa aliqua sustineat detrimenta providere simulque commoditati tuæ consulere volentes Tibi ut vigore presentium per te vel procuratorem tuum possessionem, seu quasi regiminis et adminis

brationis dictæ ecclesiæ, et illius mensæ Archie
piscopalis bonorum apprehendere, necnon fructus
redditus, et proventus percipere exigere et leva
re, ac in tuos usus, et utilitatem convertere, necnon
ea quæ Jurisdictionis, non tamen ordinis existunt, fa
cere et exercere libere et licite valeas in omnibus
et per omnia, perinde ac si litteræ predictæ expedi
tæ essent, dicta auctoritate tenore presentium de
spetiali gratia indulgemus. Mandantes dilectis
filijs Capitulo et vassallis dictæ ecclesiæ, ac Cle
ro, et populo civitatis, et diocesis Toletan. necnon
universis eiusdem ecclesiæ Toletanæ suffraga
neis, ut tibi tanquam Patri, et Pastori Anima
rum suarum devote intendentes, tua salubria mo
nita et mandata, humiliter suscipiant, et efficaciter
adimplere procurent, ipsique vassalli consueta ser
vitia, et Jura tibi ab eis debita integre persol
vere et exhibere debeant, Alioquin sententiam
sive poenam quam rite tuleris in rebelles, ratam ha
bebimus, et faciemus auctoritate domino usque ad satisfac
tionem condignam inviolabiter observari. Et insu
per ut a quocunque malueris catholico antistite, gra
tiam, et communionem Apostolicæ sedis habente, ac
citis, et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus
Catholicis Episcopis, similes gratiam et communio
nem habentibus, munus consecrationis recipere vale
as, ac eidem Antistiti, ut recepto prius per eum a te
no, et Romanæ ecclesiæ nomine fidelitatis de
bitæ solito Juramento, munus prædictum auctori
tate nostra impendere libere licite possit, plenam et li
beram tenore presentium concedimus facultatem

Non obstantibus felicis Recordationis Bonifatij Papæ octaui, Prædecessoris nostri qua inni pit inuenda, ac quibuscumque alijs Institutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non prædicta ecclesia Toletana, et Juramento, confirmatione Aplica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæteris q contrarijs quibuscumq. Volumus autem quod infra tres Menses a data præsentium computandis Litteras Apostolicas expedire, et Iura Cameræ Aplicæ, et alijs propterea debita persoluere omnino teneamus. Alioquin dictis tribus Mensibus elapsis præsentes nullæ sint, et ecclesia ipsa uacet, et uacare censeatur eo ipso. Volumus præterea ut antequam possessionem dictæ ecclesiæ adipiscaris, fidei professionem juxta Articulos ab Apostolica sede pridem propositos In manibus cuiuscumque Catholici Antistitis et communionem Aplicæ sedis habentis emittere et ad nos sub tua subscriptione, et sigillo transmittere pariter teneamus. Datis Ferrariæ sub annulo Piscatoris die decima septima Iullij M. D. XC VIIJ. Pontificatus nostri Anno septimo. M. Vestrius Barbianus, loco sigilli. Concordat cum suo originali. Joannes sancti Petri Notarius Apostolicus ea

testado ... prima no Valga

Yo Pedro de Garnica Notario Publico Apostolico por autoridad Apostolica aprouado Por el Consejo dela Gouernacion deste Arcobispado de Toledo para todo lo de Latin y Romance, descripto en el Archiuo dela Curia Romana. Vs.º que si desta

ciudad de Toledo: y official dela Audien
cia y Corte Arcobispal destadha ciudad cer
tifico y doy fe que este traslado que va es
cripto demi propia mano letra y Rubrica
En cinco hojas las tres dellas escriptas en todo
y las dos en parte: va cierto y verdadero y concuerda
con el poder y Bulleto de donde se saco que dexe en
poder de Alo. fernandez de castro escrivano del
Ayuntamto. desta dha ciudad: y a lo ver sacar y corre
gir fueron y se hallaron presentes Por testigos Alo.
Rodriguez Bartolome Gomez y Franco. de siguença
vezos. desta dha ciudad de Toledo en la dha ciudad
a veynte dias del mes de Agosto de mil y quinis.
y noventa y ocho años: y dello doy fe y hice mi signo en

En testimo. de verdad

Pedro de Garnica
Notario